



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.8. Guilielmus coronatus Romanorum Rex.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

Sæcul. XIII.  
A.C. 1248.

*M. Par.*

*V. Sup.lib.  
79. §. 29.*

Terram sanctam peregrinantes redemptionis lege vexabat. Cum Rex Avenionem advenisset, Galli incolis insultantes eos vocabant Albigenses, proditores ac veneficos. Qui angustis in viis illorum alios spoliabant, alios occidebant. Quidam Proceres suadebant Regi, ut urbem obsideret, aut hoc ipsiis permitteret, mortem sui patris vindicandi causa, cui venenum ibi præbitum esset. Scilicet hanc in suspicionem Avenionenses ceciderant. Rex, Non mei parentis, ajebat, nec meas, sed Christi injurias ultum eo. Mare trajiendi tempus instat: non patiamur nos a dæmone decipi obstacula nobis ponere cupiente. Et insistens itineri Aquas Mortuas attigit, ubi postridie festum S. Bartholomæi die Martis 25 Augusti sarcinas navibus imponi jussit, ventoque per sequens biduum expectato, die Veneris 28 ejusdem mensis vela fecit. Fuitque navigatio tam propæra, ut ex proposito ad Cyprum die Jovis ante festum S. Matthæi 17 Septembris advectus, portum Limessonicum teneret.

§. VIII.

*Guilielmus coronatus Romanorum  
Rex.*

Postquam Guilielmus Batavus in Romanorum Regem electus fuerat, Aquis-

quisgrani ex more coronari volebat: sed Sæcul. XIII.  
 Conradus Imperatoris filius eum urbis a- A. C. 1248.  
 ditu prohibuit. Legatus Octavianus,  
 Conradus Hochstadius Archiepiscopus Matth. Par.  
 Coloniensis, aliquie Germaniæ Proceres p. 644.  
 Conradum amice hortabantur, ne malas  
 patris sui partes sequeretur, si ejus cala-  
 mitate implicari nollet. Sed reposuit:  
 Proditores vobis similes nunquam effi-  
 cient, ut omittam, quod patri debeo. I- *Sup. lib. 82.*  
 gitur Aquisgranum a Guilielmi partibus §. 51.  
 oppugnatum, cruentumque in regione  
 bellum accensum est. Colonia, Mogun- *Frag. ap.*  
 tia, & Argentina Guilielmo savebant: *Ursit. p. 92.*  
 Metæ, Wormatia, Spira, cæteræque Rhe-  
 nanæ, Sueviæ & Bavariæ urbes a Fri-  
 derico stabant. Sed Guilielmi partibus  
 accessiones quotidianas faciebant Fra-  
 trum Prædicatorum Minorumque con-  
 ciones ac pecuniæ a Papa missæ. Qui *Raynald.*  
 etiam orante Principe Cardinalem Capo- 1248. n. 13.  
 cium alterum in Germania Legatum  
 suum jussit Frisones belli in Terra sancta  
 gerendi voto exsolvere, si sub ejus signis  
 militarent. Aquisgrani obsidio diurna *M. Par.*  
 fuit: sed tandem interna fame ac exter- p. 649. 651.  
 na vi hostium indies auctorum se dedere  
 coactum est; ibique Regi Guilielmo festo *Siffrid.*  
 Omnium Sanctorum die 1248 Archiepis- p. 696.  
 copus Coloniensis in præsentia duorum  
 Cardinalium coronam imposuit.